

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Heresis d
cum fontibus proximo et primo

Si qui sententiam suam, quamvis falsam atque peruersam,
nulla pertinaci animositate defendunt,

querunt autem tanta sollicitudine ueritatem,
corrigi parati cum inuenerint,
nequaquam sunt inter hereticos deputandi.

Augustinus ibidem (contra Faustum).

Ad tertium dicendum quod, sicut Augustinus dicit,
et habetur in *Decretis*, XXIV, qu. 3:

*Si qui sententiam suam, quamvis falsam atque perversam,
nulla pertinaci animositate defendunt.*

*quaerunt autem cauta sollicitudine ueritatem,
corrigi parati cum inuenerint.*

nequaquam sunt inter haereticos deputandi:

quia scilicet non habent electionem contradicentem Ecclesiae doctrinae.

Thomas de Aquino, *Summa theologiae, Secunda secundae*, 11.2
(P. Caramello ed., p.66).

sed qui sententiam suam quamvis falsam atque peruersam
nulla pertinaci animositate defendunt,
praesertim quam non audacia praesumptionis suae pepererunt,
sed a seductis atque in errorem lapsis parentibus acceperunt,
quaerunt autem cauta sollicitudine ueritatem
corrigi parati, cum inuenerint.
nequaquam sunt inter haereticos deputandi.

Augustinus Hipponensis, *Epistulae*, 43.1 (CSEL 34.2,
A. Goldbacher ed., p.85, ll.8-13).